citura in catholicæ religionis sanctitate omnino educanda, et dummodo, neque ante neque post matrimonium coram parocho catholico initum, ministrum adeant acatholicum. In casibus vero in quibus præcesserit carnale commercium, sponsi, si fieri poterit sine gravi damno, ante matrimonium aliquo tempore separentur, arbitrio ordinarii, ut pars catholica rite disponatur ad gratiam Dei recipiendam, prævia semper absolutione a censuris, et impositis pœnitentiis salutaribus, si matrimonium contractum fuerit coram ministro acatholico. Hanc autem facultatem decrevit Sanctitas Sua valituram pro triginta tantum casibus urgentioribus in quibus nec aliud obstet canonicum impedimentum, nec tempus adsit adeundi Sanctam Sedem, ipsius episcopi judicio, super quo ejus conscientia graviter oneratur. Insuper mandavit eadem Sanctitas Sua in singulis dispensationibus expressam apostolicæ delegationis mentionem esse faciendam. Contrariis quibuscumque non obstantibus. In reliquis stet instructioni alias datæ. Angelus Argenti, S. Rom. et Univers. Inquisitionis notarius.

Cf. litteras a Pio VII datas 17 februarii 1809 et ad episcopos Galliarum transmissas de matrimoniis catholicorum cum acatholicis. Cf. etiam D. Carrière, *Prælect. de matrim.* T. II, p. 79 et seqq. ubi reperiuntur citationes desumptæ ex Benedicto XIV epist. ad episcop. Poloniæ, et *De syn. diœc.* lib. IX, cap. III; ex brevi Pii VI ad archiepiscopum Mechliniensem, die 13 julii 1782; ex instructionibus datis anno 1793 ab eodem Pio VI pro ducatu Cliviensi; ex litteris Pii VIII, *Litteris altero*, 25 mart. 1830, pro regno Prussiæ; ex brevi *Summo jugiter* Gregorii XVI, die 27 maii 1832 dato pro regno Bavariæ; ex Instructione, die 12 sept. 1834, jussu ejusdem Gregorii, ad episcopos ejusdem Bavariæ directa.

Præcipua hujusmodi documenta leguntur in opere valde commendabili, a D. Henrico Denzinger conscripto, cui titulus : *Enchiridion symbolorum et definitionum quæ de rebus fidei et morum a conciliis œcumenicis et Summis Pontificibus emanarunt*, in 8, Wirceburgi, sumptibus Stahelianis, 1854.

## ADNOTATIO CVI.

*Lib. IV. Decretal. Append.* § *XIII, n. 613: pag. 665.*

DE DISPENSATIONIBUS IN RADICE.

In cancellaria episcopali Atrebatensi documentum sequens invenire nobis datum est : « Illustriss. ac Reverendissime Domine uti frater. — In postulato a te proposito in relatione status istius Ecclesiæ ad S. Congregationem concilii, die prima decembris anni 1864 transmissa, facultatem petebas qua posses in radice sanare pro certo casuum numero matrimonia ob aliquod detectum dirimens impedimentum irrita. Hoc postulatum de more delatum est ad examen hujus supremæ Sancti Officii Congregationis, et hæc summopere desideriis tuis satisfacere cuperet. At, cum de re maximi momenti agatur, de dispensatione nempe quæ gravissimis urgentibus causis et inspectis peculiaribus cujusque casus adjunctis conceditur, EE. PP. cardinales una mecum supremi inquisitores ad te rescribendum censuerunt ut velis recurrere in casibus particularibus. Hæc sunt quæ a me communicanda erant tibi cui interim fausta cuncta ac felicia precor a Domino; Amplitudini tuæ addictissimus uti frater, C. card. Patrizi. Romæ die 30 jun. 1865. »

Cf. Adnotationem CIII, supra. D. Carrière, *Prælect. de matrim.* T. II, pag. 545 et seqq. Scavini, *Theolog. mor. universa*, editione quarta Parisiensi, 1863, apud Lecoffre, tom. IV; et in specie adnotationes ad tract. XII, adnot. Z, ubi legitur *Instructio*, data 25 april. 1803 a cardinali legato Caprara, *circa redintegrationem matrimoniorum nullorum.*

---

## ADNOTATIONI VI,

*Supra pag. 677,*

ADDENDUM DOCUMENTUM SEQUENS.

Beatissime Pater. — Episcopus Atrebatensis in Gallis, ad S. V. pedes humiliter provolutus, exponit quod frater F. e parochia R. in diœcesi Atrebatensi oriundus, nunc in collegio Ambianensi PP. Franciscanorum professus, de bonis sibi per hæreditatem obventuris, juxta mentem regulæ S. Francisci, in favorem pauperum per testamentum disposuerit; hæc autem testamentaria dispositio illius parentes gravius offendit, siquidem, licet non pauperes, e labore manuum victitant et consequenter parti hæreditariæ quæ supradict. F. spectat augendæ quotidie insudant. Inde tum ex eorum parte, tum etiam ex parte hujusce parochiæ incolarum, ad quorum notitiam res ista devenit, murmurationes, querimoniæ, dicteria, quibus impetitur ipsa religio, et valde timendum ne exinde vocationes ad professionem religiosam difficiliores reddantur. Quopropter suprad. episcopus, huic scandalo occurrere intendens, a V. S. humiliter requirit ut dignetur pro sua benignitate supramemoratum F. dispensare quatenus parti hæreditariæ sibi obventuræ in favorem parentum renuntiare possit et valeat. Quod etc.

» Ex audientia Sanctissimi habita ad infrascripto secretario S. C. episcop. et regul. sub die 23 aprilis 1858. Sanctitas Sua benigne tribuit episcopo oratori necessarias et opportunas facultates ut petitam habilitationem denuntiato religioso ad effectum de quo agitur concedere possit et valeat, ita tamen et in actu per ipsum religiosum emittendo, meliori modo quo fieri poterit, mentio fiat apostolici indulti; contrariis quibuscumque non obstantibus. — Card. della Genga-Sermattei, S. C. præf. A. archiepisc. Philipp. secretarius.

# ELENCHUS

## TITULORUM, PARAGRAPHORUM ET QUÆSTIONUM

IN HOC QUINTO VOLUMINE JURIS CANONICI UNIVERSI CONTENTORUM.

## LIBRI III DECRETALIUM

### TITULUS XXXI.

DE REGULARIBUS ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

### § I.

*De natura et origine religionum ac religiosorum, seu regularium.*

Quæstio 1. Quid sit religio, et quid religiosus ? 1
2. An, et quo jure tria vota paupertatis nempe, obedientiæ, et castitatis perpetuæ sint de essentia religionis? 3
3. Utrum ad substantiam religionis requirantur ut tria vota sint solemnia ? An sufficiant simplicia ? 4
4. Quo tempore et a quo institutus fuerit status religiosus ? Ibid.

### § II.

*De diversitate, ac numero religionum : necnon de perfectione et utilitate earum tam absoluta, quam respectiva.*

Quæstio 1. An, et qualis sit diversitas religionum ? et quomodo dividantur ? 6
2. Quot numero sint religiones in specie ? Quando item et a quo quævis instituta, ac approbata? 8
3. Utrum expediens et utile fuerit, ac etiamnum Ecclesiæ Dei, quod institutæ in ea fuerint, et adhuc sint religiones, præsertim tot et tam diversæ ? 14
4. Quænam religio inter tot et tantas sit perfectior ? 15
5. Cum multæ hodie dentur religiones mixtæ, quænam illarum in specie sit perfectior? 17
6. Utrum usque ad finem mundi duraturus sit status religiosus? Ibid.

### § III.

*De recipiendis ad religionem : item de novitiis, eorumque magistro, et anno novitiatus.*

Quæstio 1. An quilibet religionem ingredi et in eam recipi possit ? 18
2. An circa qualitates, de jure communi et constitutionibus pontificiis requisitas, necessario debeat fieri indagatio, seu informatio, antequam suscipiatur quis ad religionem ? 21
3. Quando, et a quo fieri debeat indagatio de qualitatibus recipiendorum? 22
4. An, et qualis esse debeat novitiorum magister? Ibid.
5. Qualiter eos educare, et in quibus præcipue illos instruere debeat ? Ibid.
6. Quanto tempore debeat receptus in novitiatu manere in ordine ad hoc ut professionem emittere valeat? 23
7. Utrum annus novitiatus seu probationis debeat necessario esse completus de momento in momentum? 24
8. Utrum annus novitiatus seu probationis necessario debeat esse continuus, ac sine interruptione? 26

### § IV.

*De libertate, juribus, privilegiis, et obligationibus novitiorum.*

Quæstio 1. Utrum novitii intra annum probationis pro libitu religionem deserere, et ad sæcu-

lum redire valeant? Item an egredientes teneantur ad expensas? Item quæ eis sint restituenda? 27
2. An novitius etiam invitus e monasterio expelli possit? 29
3. Quibus juribus ac privilegiis gaudeant novitii? Ibid.
4. An aliquid, et quidnam novitio sponte egredienti, vel ex causa ejecto, restitui debeat? 30
5. Quæ sint obligationes novitiorum? An videlicet teneantur ad tria vota, præcepta regulæ, et statuta? Item an egrediens teneatur solvere expensas quas pro victu, et vestitu, morbis, ac aliis necessariis novitii, fecit monasterium? 31

§ V.

*De renuntiationibus, testamentis, et aliis dispositionibus novitiorum et ingressurorum ordinem.*

Quæstio 1. Quinam actus comprehenduntur nomine renuntiationis, et obligationis, ita ut vi Trident. decreti sint irriti, nisi fiant juxta formam præscriptam? 32
2. Quinam actus, obligationes, aut dispositiones non subsint sæpe citato decreto Tridentino? 33
3. Quas personas comprehendat decretum Tridentinum? 34
4. Quænam solemnitates requirantur ad hoc ut renuntiationes, et obligationes ingredientium religionem, subsistant? 38
5. Quænam requirantur ad hoc ut rite fiat et subsistat renuntiatio, qua ingrediens religionem renuntiat hæreditati futuræ paternæ, maternæ, fraternæ, sororum, consanguineorum? Item quomodo interpretanda? Ibid.

§ VI.

*De professione religiosa expressa et tacita : item de requisitis ad eam, et variis modis eamdem faciendi.*

Quæstio 1. Quid et quotuplex sit professio religiosa? 39
2. Quænam ad valorem professionis religiosæ requirantur? Ibid.
3. Qua forma, ac quibus modis fieri possit professio religiosa expressa? 42
4. Quibus modis olim fiebat, et an adhuc hodie post Concilium Tridentinum fierit possit professio tacita? 43
5. Utrum professio differri possit ultra annum? 44
6. An etiam aliquando ante finitum probationis annum valide fieri possit professio, et quem effectum habeat talis professio? 45
7. An, et quid speciale circa professionem monialium sit observandum? Ibid.

§ VII.

*De effectibus professionis religiosæ : item de professione invalide facta; ac de reclamatione contra eam : necnon de ratificatione ejusdem.*

Quæstio 1. Quinam sint effectus, vel quænam prærogativæ professionis religiosæ? 46
2. Quid juris in casu, quo professio ex defectu alicujus ex dictis requisitis, vel ex alia causa, sit invalida? an nempe? quando? et quomodo contra eam reclamare, eaque non obstante, religionem deserere possit nulliter professus? 47
3. Specialiter, an non dentur casus, in quibus etiam post quinquennium contra nullitatem professionis legitime reclamare possit, et audiendus sit nulliter professus? præcipue an non in casu, quo ignoravit nullitatem professionis, aut alias impeditus fuit ad reclamandum intra quinquennium? 49
4. Quid faciendum nulliter professo, qui coram Deo, et in conscientia saltem certo scit quod ejus professio sit nulla, eo quod v. g. tantum ficte, ac sine animo sese obligandi eam emiserit, vel gravi metu injuste incusso professus sit, vel aliud essentiale requisitum, v. g. ætatem legitimam non habuerit, etc. et tamen in foro externo id probare non potest : vel ultra quinquennium nullitatem ignorans, primum post elapsum quinquennii illam cognoscit : aut, ea prius cognita, usque ad lapsum quinquennii impedimentum reclamandi patitur? 50
5. Quid juris, si nulliter professus dubitat an non tacite, vel expresse ratificaverit professionem, postquam jam scivit eam esse nullam? 51
6. An, et quomodo professionem ratificare possit, aut debeat nulliter professus? et quæ requirantur ad validam ratificationem? 52
7. An ad valorem ratificationis requiratur novus consensus, et acceptatio illius, cujus est suscipere ad professionem? consequenter, an necesse sit ut eidem etiam prius manifestetur, et notum fiat professionem primam fuisse invalidam? Ibid.

§ VIII.

*De potestate ejiciendi religiosos professos, ubi etiam de ipsis ejectis : item de fugitivis, et apostatis, eorumque obligatione.*

Quæstio 1. An, et ob quas causas, quando, et quinam religiosi jam professi ex ordine ejici possint? 54
2. A quibus superioribus possint ejici incorrigibiles? 56
3. An, quando, et quomodo possit religio expellere nulliter professum? 57
4. Quid juris de actu ejectis? Ibid.
5. An religiosus ejectus teneatur se corrigere ad hunc finem ut iterum ad religionem redire possit et debeat? 58



6. An religio religiosum emendatum, petentemque suscipi, teneatur iterum recipere? et non petentem, vel venientem, quærere? Ibid.
7. Quinam sint, et vocentur religiosi fugitivi, et apostatæ? Item quid juris de iis? 58
8. Quæ sint obligationes apostatarum et fugitivorum? 60
9. Quæ sint pœnæ fugitivorum et apostatarum? Ibid.
10. An et qualiter peccent? quibusque pœnis subjaceant recipientes, retinentes, aut occultantes apostatam, vel fugitivum? Ibid.
11. Quæ sit potestas, et obligatio religionis erga apostatas et fugitivos? Ibid.

§ IX.

*De transeuntibus ad aliam religionem.*

Quæstio 1. An religiosi legitime professi possint de una religione ad aliam transire? et quæ conditiones ad talem transitum requirantur? 61
2. An expediat a religione minus stricta ad strictiorem transire, et transeuntes recipere? 64

## TITULUS XXXII.

DE CONVERSIONE CONJUGATORUM.

Quæstio 1. An, et quando conjuges ingredi possint religionem? 66
2. An, et quando conjuges intrare possint religionem post matrimonium jam consummatum? 67
3. An, et quomodo conjuges religionem intrare, vel etiam ordines suscipere valeant, casu quo unus eorum committeret adulterium carnale, vel spirituale, labendo in hæresim, vel infidelitatem? 71

## TITULUS XXXIII.

DE CONVERSIONE INFIDELIUM.

Quæstio unica. Quid juris de matrimonio infidelium et prolibus eorum, casu quo unus illorum, vel ambo convertuntur ad fidem? an nempe, et quando separari possunt, aut debeant? Item cui proles restituenda? 73

## TITULUS XXXIV.

DE VOTO, ET VOTI REDEMPTIONE.

Quæstio 1. An hæres teneatur exequi vota defunctorum? 74
2. Quid sit redemptio voti, et quot modis fieri queat? 75
3. Quid sit irritatio voti, et a quo fieri possit? Ibid.
4. Quid sit dispensatio voti, ex quibus causis, et a quo fieri possit? 77
5. Quid sit commutatio voti, et a quo fieri possit? 85
6. An etiam, et a quo fieri possit irritatio, dispensatio, et commutatio votorum in favorem tertii v. g. ecclesiæ, monasterii, pauperis emissorum? 83

## TITULUS XXXV.

DE STATU MONACHORUM ET CANONICORUM REGULARIUM.

§ I.

*De peculio, et paupertate religiosorum.*

Quæstio 1. An, et quomodo prohibitum sit, vel concessum monachis, et aliis religiosis habere peculium, vel proprium? 84
2. Quæ sit pœna proprietarii? 87
3. Quid juris in casu quo aliquid alicui religioso in particulari legatur, aut donatur hac conditione ut ad eum, et non ad monasterium pertineat? 88

§ II.

*De clausura regularium, tam virorum, quam monialium.*

Quæstio 1. Quid sit clausura monasterii regularium tam virorum, quam monialium? Ibid.
2. An, et quanta sit obligatio clausuræ monialium quoad egressum? 89
3. Ob quas causas, et per quos dari possit monialibus licentia exeundi e clausura? 90
4. In quo consistat, et quantum se extendat obligatio clausuræ monialium quoad ingressum? 92
5. Ob quas causas personis, alias intrare clausuram prohibitis, licitum sit ingredi clausuram monialium? 95
6. An et quando et cujus licentia requiratur ad licite ingrediendam clausuram monialium? 96
7. An episcopi et superiores regulares licentiam intrandi clausuram aliis dare pro libitu possint, et an ipsi pro libitu intrare valeant. 97
8. An episcopi, superiores vel alii clausuram licite ingressi, debeant finito negotio, necessitate, aut causa, ob quod vel ob quam ingressi sunt, statim iterum exire ita ut peccent ibidem se detinendo? 98
9. An et quid valet circa clausuram consuetudo? item quid circa eam incumbat episcopo? Ibid.
10. In quo consistat et quomodo obliget clausura monasterii regularium virorum tam quoad egressum, quam quoad ingressum mulierum in illud? 99
11. An religiosi (idem est de monialibus) peccent et pœnas incurrant si cum illicite ingressis confabulantur vel eos comitantur, vel hinc inde in monasterio deducunt. 102

## TITULUS XXXVI.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS, UT EPISCOPO SINT SUBJECTÆ.

Quæstio 1. Quid ad præsens sit domus religiosa? et quid requiratur ad eam? 102
2. Cui subjectæ sint domus religiosæ seu loca religiosa? 103
3. Quid juris pariat episcopo hæc subjectio locorum religiosorum? Ibid.
4. Quid juris competat episcopo in loca pia, auctoritate episcopi non erecta, consequenter non religiosa? 104
5. Utrum episcopus vi jurisdictionis suæ possit religiosa, aut saltem pia loca, fundationes, et instituta ad certum pium usum erecta, vel deputata, in alium usum pium transferre? Ibid.

## TITULUS XXXVII.

DE CAPELLIS MONACHORUM, ET ALIORUM RELIGIOSORUM.

Quæstio 1. Cui competat jus præficiendi rectorem in ecclesiis monasterio incorporatis? et qualis præfici debeat? 105
2. An, et qualem jurisdictionem habeat episcopus in regulares existentes in parochiis monasterio incorporatis? 107
3. Quid juris de congrua portione assignanda vicariis ecclesiarum, monasterio (vel etiam collegio, capitulo, universitati, etc.) incorporatarum? a quo nempe, qualis, quanta, et de quibus redditibus constitui, et assignari debeat? Ibid.

## TITULUS XXXVIII.

DE JUREPATRONATUS.

### § I.

*De natura jurispatronatus : item de causis et modis, quibus acquiritur, et quis patronus efficitur.*

Quæstio 1. Quid sit juspatronatus ad propositum? 110
2. Ex quibus causis, seu quibus modis, acquiratur juspatronatus, et efficitur quis patronus? 111

### § II.

*De modis quibus juspatronatus, jam semel acquisitum, in alios transferri, consequenter translatione acquiri possit : ubi etiam de iis, qui capaces sunt jurispatronatus.*

Quæstio 1. An, et quomodo transferatur in alium juspatronatus per successionem hæreditariam? 115
2. An, et quomodo juspatronatus per donationem in alium transferri possit? 116
3. An, et quomodo permutatione in alium et transferri queat juspatronatus? 117
4. An, et quomodo vendi possit juspatronatus? Ibid.
5. An juspatronatus etiam cum feudo, emphyteusi, hypotheca, et dote transeat? 118
6. Quinam sint capaces jurispatronatus? 119
7. Num etiam judæi, pagani, et hæretici sint capaces jurispatronatus? 120

### § III.

*De divisione jurispatronatus præsertim in ecclesiasticum et laicale : et differentia inter utrumque.*

Quæstio 1. Quomodo dividatur, seu quotuplex sit juspatronatus? 121
2. In quibus differant inter se juspatronatus ecclesiasticum et laicale? 122

### § IV.

*De jure præsentandi : ac de ipsa præsentatione : ubi etiam de casu, quo litigant, aut discordant patroni.*

Quæstio 1. Qualiter patrono competat jus præsentandi? 125
2. Quos præsentare patronus possit et debeat? præsertim an etiam se ipsum præsentare valeat? 126
3. An patroni teneantur præsentare digniorem, vel sufficiat præsentare dignum? 127
4. Quid juris, si patroni præsentent omnino indignum, aut inhabilem? 128
5. Quomodo fieri debeat præsentatio? et cujus præferenda sit, si plures sint patroni, et plures ab eis præsententur? 130
6. Quid juris, si patroni in præsentando, vel circa ipsum juspatronatus discordent, et litigent? 131
7. Quid juris, si lis vel controversia non est inter ipsos patronos, sed inter patronum et episcopum vel ecclesiam, hac contendente se liberam : vel inter patronum, et præsentatos, aut inter præsentatos ipsos? 132
8. Quid juris, et quis institui debeat aut possit, si plures ab unico patrono præsententur? Ibid.
9. Quo tempore fieri debeat præsentatio? 133

### § V.

*De aliis juribus patrono competentibus : ubi etiam de oneribus : ac de causis, ob quas iterum amittitur, seu extinguitur juspatronatus.*

Quæstio 1. In quo consistat, et quomodo competat patrono honor indicatus in versiculis citatis per verba *honos*, et *præsit*? Ibid.
2. In quo consistat, et quomodo competat patrono jus alimentationis indicatum in versiculis per verba *alatur egenus*? 134
3. Quæ sint onera, et munera patroni? 135
4. An patroni, præter præfata a num. 110 duo jura, habeant etiam jus aliquod, vel potestatem in ecclesiam, vel bona ipsius, vel rectorem ejusdem, ita ut possint ecclesiis, et beneficiis onus aliquod, aut pensionem imponere, aut a beneficiato exigere, aut de bonis illius disponere, aut beneficiatum amovere? etc. Ibid.
5. Quibus de causis, et quibus modis juspatronatus amittatur, et penitus extinguatur? 137

## TITULUS XXXIX.

DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, ET PROCURATIONIBUS.

### § I.

*De censibus : ubi in specie de cathedratico.*

Quæstio 1. Quid ad præsens, et quotuplex sit census? 138
2. Quinam, et qua de causa censum episcopi imponere possint quibusvis ecclesiis, aut beneficiis? 139
3. Quid sit cathedraticum? et a quo, præsertim an etiam a monasteriis, et ecclesiis regularium solvi debeat? 140
4. In qua quantitate, et quali moneta, ac quando solvi debeat cathedraticum? 141

### § II.

*De exactionibus ecclesiasticis : principaliter de subsidio charitativo, et subsidio ad seminarium.*

Quæstio 1. Quid sit subsidium charitativum, quinam et a qualibus illud exigere possint? 142
2. An et qualis requiratur, ac sufficiat causa ad exigendum subsidium charitativum? 144
3. In qua quantitate? qualiter, et quoties, exigi valeat subsidium charitativum? 145
4. Quid juris? si dubium et controversia est, an causa adsit sufficiens, vel quantitas petita sit excessiva? Ibid.
5. Quid juris de subsidio ad seminarium contribuendo? et an census, vel exactio dici debeat? Ibid.

### § III.

*De exactionibus, tributis, gabellis, vectigalibus, pedagiis, quidagiis, talliis, etc. laicalibus.*

Quæstio 1. Quis possit imponere, et exigere tributa, exactiones, vectigalia, etc.? 147
2. An semper, et pro libitu supremi principes imponere possint nova tributa, exactiones, vectigalia? Ibid.
3. An tributa, exactiones, gabellæ, et vectigalia imposita obligent in conscientia, ita ut defraudantes peccent graviter, et ad restitutionem teneantur? 148

### § IV.

*De procurationibus : ubi etiam de visitationibus.*

Quæstio 1. Quid sit ad propositum procuratio, et quinam ad eam teneantur? 150
2. Quænam comprehendantur sub procuratione? et quomodo exigi possit, ac præstari debeat? 152
3. An consuetudine aut præscriptione abrogari possint procurationes, ita ut ecclesiæ visitatæ ad nullas expensas pro victu visitatoris solvendas teneantur? 153
4. Quid sit visitatio, seu visitare, ratione cujus debetur procuratio? a quibus? circa quæ? quare? et quomodo fieri possit, vel debeat? 154

## TITULUS XL.

DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ, VEL ALTARIS.

### § I.

*De consecratione ecclesiæ, et cœmeterii : ubi etiam de execratione, et violatione seu pollutione ; ac de reconciliatione utriusque.*

Quæstio 1. Quid sit consecratio ecclesiæ? a quo? quando? et quomodo fieri possit, ac debeat? 156
2. Quid juris, si ignoratur, et dubitatur ecclesiam esse consecratam? 157
3. In quibus casibus ecclesiæ destructæ et reædificatæ, ac amplificatæ execrentur, seu consecrationem amittant, ita ut denuo consecrari debeant? Ibid.
4. An, et in quibus casibus polluatur, seu violetur ecclesia, ita ut reconciliatione indigeat? 158.
5. An in præfatis casibus polluatur ecclesia, si sunt occulti? 160
6. Quid importet? item quid agendum? præsertim quomodo et a quo reconciliatio fieri debeat, si ecclesia uno ex dictis modis polluatur? 161
7. Quid juris de consecratione, et pollutione cœmeterii, ac reconciliatione ejusdem? 162

### § II.

*De consecratione, et execratione altaris : ubi etiam de consecratione, et benedictione calicis, campanæ, vestium, paramentorum, et ornamentorum, ad ecclesiam vel Missam spectantium.*

Quæstio 1. Quid juris de consecratione, et execratione altaris? Ibid.
2. Quibus modis polluatur, et execretur altare, ita ut nova consecratione indigeat? et an polluta, vel execrata ecclesia, etiam execretur, et polluatur altare, ac econtra? 163
3. Quid juris de consecratione, et execratione calicis, patenæ, et campanarum? 165

4. Quid juris de consecratione, seu benedictione et execratione paramentorum, et vestium ad Missam pertinentium, corporalis v. g. purificatorii, pallæ, amictus, albæ, cinguli, manipuli, stolæ, casulæ, etc. 166
5. An ab episcopo aliis committi, vel consuetudine acquiri possit potestas benedicendi paramenta? 168
6. Incidentaliter, quid juris de tactu, lotione, et refectione vasorum, et paramentorum sacrorum? Ibid.

## TITULUS XLI.

DE CELEBRATIONE MISSÆ, SACRAMENTO EUCHARISTIÆ, ET DIVINIS OFFICIIS.

Quæstio 1. Ubinam, seu quo loco Missæ celebrari possint, ac debeant? præsertim an in domibus sæcularibus, aut oratoriis privatis, celebrari valeant? 169
Annectitur decretum Clementis XI de celebratione in oratoriis privatis. 171
2. An, quoties, et quo jure parochi teneantur applicare Missam pro suis parochianis, ita ut ad aliam intentionem, vel pro stipendio Missam votivam v. g. celebrare nequeant? 176

## TITULUS XLII.

DE BAPTISMO, ET EJUS EFFECTU.

Non habet quæstiones. 182

## TITULUS XLIII.

DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO.

Quid juris et consilii in casu quo sacerdos non baptizatus aliis administrat sacramenta? 183

## TITULUS XLIV.

DE CUSTODIA EUCHARISTIÆ, CHRISMATIS, ET ALIORUM SACRAMENTORUM.

Non habet quæstiones. Ibid.

## TITULUS XLV.

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE SANCTORUM.

§ I.

*De veneratione, et cultu sanctorum, beatorum, ac cum fama sanctitatis defunctorum; atque de canonizatione, et beatificatione eorumdem.*

Questio 1. Quinam sint, et dici valeant sancti? Item quid sit canonizatio, et beatificatio, ac in qua differant? 184
2. An solus Papa canonizare, et beatificare possit Item an in sanctorum canonizatione et beatificatione errare possit? 185
3. An Papa in canonizatione aut beatificatione sanctorum possit errare? et an de fide sit quod errare in hoc non valeat? Ibid.
4. Quænam requirantur ad canonizationem, vel beatificationem alicujus? quomodo, a quo fieri possit, ac debeat? 185
5. Quo cultu ac veneratione coli possint sancti aut beati? 187
6. An et quomodo coli ac invocari possint illi qui, cum fama sanctitatis aut insignis pietatis quidem mortui, adhuc tamen non canonizati nec beatificati sunt? 189

§ II.

*De veneratione reliquiarum, et approbatione earumdem : ubi etiam de miraculis, examinatione, et approbatione eorumdem.*

Quæstio 1. Quid sint reliquiæ sanctorum? et quid de cultu, ac veneratione earum? 191
2. Utrum episcopus absque licentia Papæ transferre possit corpora, aut alias reliquias sanctorum? 193
3. Quid sit miraculum, et quid requirantur ad illud? Ibid.
4. An ex miraculis sit unum majus altero, et qui dentur gradus inter ea? 195
5. An verum miraculum fieri debeat in instanti? Ibid.
6. Cui competat potestas examinandi, et recognoscendi miracula? et quomodo recognosci debeant? 196

## TITULUS XLVI.

DE OBSERVATIONE JEJUNIORUM.

Non habet quæstiones. Ibid.

## TITULUS XLVII.

DE PURIFICATIONE POST PARTUM.

Non habet quæstiones. 197

## TITULUS XLVIII.

DE ECCLESIIS ÆDIFICANDIS, VEL REPARANDIS.

§ I.

*De ædificatione ecclesiarum, et requisitis ad eam : item de reparatione earumdem : ac de iis qui reparare tenentur.*

Quæstio 1. Quid requiratur ad ædificandam ecclesiam? 198



2. Quæ conditiones requirantur ad hoc ut episcopus novam parochiam rite erigat? 200
3. Quisnam debeat reparare ecclesiam, casu quo ruinam minetur, vel omnino corruat? 202

§ II.

*De ædificatione, et erectione monasteriorum, conventuum, et aliorum locorum religiosorum.*

Quæstio 1. Quid requiratur, et observandum sit in erectione novorum monasteriorum? 203
2. An ad ædificanda monasteria etiam consensus Summi Pontificis requiratur? 208
3. An episcopus inconsulto capitulo solus dare possit licentiam ædificandi monasterium? 209
4. An si alii religiosi, parochus, vel incolæ contradicant erectioni monasterii, valeat nihilominus consensus episcopi? Ibid.
5. Quale debeat esse, et unde probari valeat præjudicium, vel gravamen præexistentium religiosorum, aut aliorum interesse habentium? 210
6. An hactenus recensita decreta pontificia, ac juris dispositiones comprehendant etiam hospitia, domos, residentias, etc. religiosorum? 211
7. Qualem formam procedendi observare debeant reverendissimi ordinarii in causa erectionis novi monasterii? 212
8. Quid juris, si monasteria, domus, residentiæ, aut alia loca religiosa, contra hactenus traditam formam constitutionem pontificiarum num. 29 allegatarum, et concilium Tridentinum erigantur? et quæ pœnæ concedentium, et erigentium? 214

## TITULUS XLIX.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM, CŒMETERII, ET RERUM AD EAS PERTINENTIUM.

§ I.

*De natura, et divisione immunitatis : ubi quædam in specie de immunitate locali.*

Quæstio 1. Quid ad præsens, et quotuplex sit immunitas? 215
2. Quid sit, et in quo consistat immunitas localis, seu ecclesiarum? 216
3. Quænam loca gaudeant immunitate locali in ordine ad actus profanos, quod hi in iis fieri nequeant? Ibid.
4. Quinam actus profani prohibiti sint, et fieri nequeant in supra dictis locis sacris? 217

§ II.

*De jure, seu immunitate asyli : ac de locis, quibus competit.*

Quæstio 1. Quid sit immunitas seu jus asyli? et quo jure introductum habeatur? 219
2. Quænam loca gaudeant immunitate, seu jure asyli? 221

§ III.

*De personis quæ gaudent jure asyli.*

Quæstio 1. An laici catholici omnes gaudeant jure asyli? 227
2. An etiam clerici, et religiosi gaudeant jure asyli, ita ut delinquentes e loco sacro extrahi, vel in illo, aut extra puniri non possint? 228
3. An judæi, pagani, ac cæteri infideles, qui in Christum non credunt, gaudeant asylo? 232

§ IV.

*De criminibus, quæ gaudent, vel non gaudent jure asyli : in specie de latrone, grassatore, depopulatore agrorum, et occidente, vel mutilante in ecclesiis vel cœmeteriis.*

Quæstio 1. An Bulla Gregorii XIV omnes et ubique obliget? 235
2. Quænam crimina gaudeant immunitate et quæ non? 236
3. Quis sit, et dicatur ad præsens publicus latro, ac viarum grassator, ad hoc ut asylo privetur? 237
4. Quinam ad propositum sint, et dicantur depopulatores agrorum? 238
5. Quando quis dicatur homicidium, vel mutilationem in ecclesiis, vel cœmeteriis committere ad hoc ut indignus censeatur jure asyli? 239
6. An illi gaudeant asylo, qui prope ecclesiam v. g. in atrio, in porticu, in scalis ecclesiæ, vel intra 40 et 30 passus ab ecclesia, vel in hortis monasteriorum, occidunt vel mutilant? 241
7. An etiam propter furtum, vel alia crimina in ecclesiis, vel cœmeteriis commissa, privetur quis immunitate asyli? 242

§ V.

*De reliquis criminibus asylo privantibus, videlicet homicidio proditorio, crimine assassinii, hæresis, læsæ majestatis : ubi etiam de aliis criminibus . item de fugientibus e carcere, aut manibus satellitum.*

Quæstio 1. Quid ad propositum sit homicidium proditorium? Ibid.
2. Quid sit, et dicatur assassinium? et quinam veniant nomine assassinorum? Item quæ requirantur ad hoc ut asylo priventur? 246
3. Quandonam quis dicatur committere crimen læsæ majestatis in personam ipsiusmet principis? Item quinam ad propositum nomine principis veniant? 248
4. Utrum etiam propter alia crimina in Bulla Gregorii XIV non expressa, eis tamen æqualia, vel iisdem majora, enormia, et atrocissima. quis privetur jure asyli? 251
5 An etiam asylo gaudeant rei e carceribus, aut manibus satellitum fugientes, dum ducuntur ad carceres, vel inde ad supplicium? Ibid.
Annectitur circa hanc materiam Bulla novissima Benedicti XIII. 252